1557
31/v

Feria Tertia post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Septuagesimo, Secundo.

Gnosi HERMANOWSKIE Coniuges mutuam sibi Advitalitatem Inscribunt. 1175

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Albertus Franciscus de Grochowce Hermanowski olim Generosi Joannis de eadem Grochowce Hermanowski cum Generosa Catherina Krasowska Consorte eius Legitima procreatus filius ab Una, et Catharina Dubrawska olim Magnifici Francisci Dubrawski Succamerarij Premysliensis cum Generosa Marianna olim Tarnawska Consorte ipsius procreata filia parte ab Altera Coniuges Legitimi Sani mentibus, et Corporibus existentes à Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs, et Competentibus recedentes praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum suis

cessoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam publice libere ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse seorsim praefati mulier consors cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis

1550

personali assistentia, et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri omnium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum summarumque quarumvis pecuniarum, necnon auri argenti clenodiorum unionum margaritarum, vestium, vestimentorum, pecorum pecudum, equorum equitiis ac totius suppellectilis domesticae, in quacunque forma et materia existentium nunc habitis et in post habendis mutuam aequivalentiam et usumfructum aequivalentium ad extrema duntaxat vitae utriusque eorum tempora tantummodo et non ultra inscripserunt, concesserunt et assignaverunt, prout inscribunt concedunt et assignant praesentibus tali ubi modo, et conditione quod si prius praefatum generosum de Grochowce Franciscum Hermanowski maritum quam ipsam honoratam Catharinam Dubrawska consortem ipsius mariti, ab de hac luce decedere contigerit, extunc supra scripta generosa Catharina Dubrawska consors sua bona supramemorata omnia et summas pecuniarias morte praedicti mariti sui derelicta cum omni eorundem iure dominio, proprietate competentiaque et praerogativa quavis omnibusque et singulis eorundem utilitatibus et usufructibus tenebit, habebit et possidebit, illisque quiete et pacifice

uti

utifruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora

Post fata vero praefatae Consortis extunc praedicta Bona

et res generaliter omnes Inscriptioni huic subiectas

Morte praedicti Mariti sui derelictas ad Successores 1554

praefati Mariti sui sine quovis impedimento et Contradictio-

ne Successorum eiusdem Consortis suae totaliter et plenarie

Redibunt, et devolventur. Similiter quoque si prius prae-

fatam Eandem Catharinam Dubrawska Consortem suam, quam

Maritum ipsam Mori Contigerit, extunc is idem Maritus suus

Bona suprascripta omnia, et res supramemoratas Morte

Consortis suae derelictas Cum omni eorundem Bonorum Iu-

re, Dominio proprietate, omnibusque et singulis eorundem

Bonorum Utilitatibus, fructibus proventibus Commodis et

emolumentis attinentijsque et pertinentijs generaliter Uni-

versis Tenebit, habebit, et Possidebit, illisque quiete et

pacifice utifruetur ad extrema vitae suae scilicet tempora

Post Mortem vero et de hac Luce decessum eiusdem Mari-

ti sui extunc suprascripta Bona omnia, resque memo-

ratae Morte praenominatae Consortis suae derelictas Inscri-

ptioni huic adinstar subiectae ad Successores praefatae

Consortis suae sine quavis Contradictione et impedimento

Successorum Memorati Mariti sui Redibunt, et devolventur

Devolvique Debebunt His suis personalibus Recogni-

tionibus ad praemissa omnia et singula Mediantibus

Feria Quarta post

Dominicam Exaudi

proxima Anno Domini

Mil